

spositos. Ingressus Regis cubiculum, vidi Imperatorem admodum juvenem ac omnes Electores præter ducem Saxoniae, cardinalemque Sedunensem ac Curcensem, qui omnes stantes me exceperunt. Ego Regis manum exosculatus, qui detecto capite stabat ut me honestaret, accepta a Laurentio Trivisano secretario Senatus litteras, cum eas osculatus fuisset Imperatori tradidi, ac Imperator scribæ suo legendas tradidit. Perlectis litteris, assedit Imperator in curuli sede; post id jussit Electores ac Cardinales sedere. Cum hi consedisent, ad Cornelium et ad me delata fuere sedilia tecta panno serico. Ego, cum mihi non licere sedere coram Imperatore dixissem, instabat Imperator, verum me arrogantiae qua a pluribus veneti notari solent insimularet. Asserui mihi magis commodum fore si stans orarem, ac tandem orationem habui eam quam antequam istac discederem tibi perlegi, Deoque optimo gratias, quod ita atente ab omnibus auditus sum, et vix credibile videri poterit in tanta hominum frequentia, hominum inquam principum hispanorum, inquam et germanorum qui omnes eo convenerant ut me audirent. Cum perorassem, re paulisper consultata, mihi benignissime per cancellarium Imperator respondit; sicque ab eo dimissus sum non sine laude totius consessus. Nunc videor me e carcere exiisse, nam sunt ac marchio Chieurensis Imperatoris alter nec non cardinalis Sedunensis, cum quo horam et amplius moram duxi, variis sermonibus tempus ferentes, multa amicissime ultro citroque dicta, plurima de Lutherio. Tandem ab eo dimissus, adeo honorifice ut me et Cornelium puderet honoris delati, adeo præter dignitatem cardinalis mihi videtur studium adhibuisse in me honestando. Omitto quæ de oratione quam habueram mane coram Imperatore dixerunt. Intelligis vitæ meæ rationem ad hanc diem. Valeo optime ac optima valetudine, sum animo leto atque alacri, genus hoc vitæ me maxime oblectat, quod simillimum censeo patavino vivendi genere, præterquam hoc majus quaedam præ se fert, ac magis amplum. Utor consuetudine nonnullorum hominum utriusque linguæ peritorum, nec non homines literatos cognovi, nam paucis me adire licebat antequam ad Regem adissem. Credo jam te legendi fessum esse, ideo finem faciam. Litteris tuis binis quas accepi nihil est quod respondeam, præterquam Deum optimum orem ut te cum uxore Paula incolumes diu servet, clarissimis parentibus tuis me plurimum commendato. Eadem mihi scribenda erant Augustino Pisauro, quem scis quam unice diligam, verum ne laboris hoc capiam, et etiam atque etiam

oro ut ei hæc nostras tradas postquam perlegeris, quas tibi ipsoque scriptas volo.

Vale ac me ama. Vormatiæ, raptissime etc., die 26 Aprilis 1521.

*Exemplum.*

130

Ben sapete come Io discendo da li christianissimi Imperatori de la nobile nazione de Alemaniam et da li Catholici re di Spagna, arziduci de Austria et di Borgogna, li quali fino a la morte sono stati fideli figlioli de la Sancta Chiesa romana, et sempre defensori et augmentatori de la fede catholica et de la sue sacre cerimonie, decreti, institution et sancti costumi ad honor de Dio, augmento de la fede et salute de le anime: da poi la morte de li quali, per rason de natura et hereditaria ne hanno lassate le dite sancte et catholice observantie per viver in quelle et morir ad exemplo suo come vero imitator de li ditti nostri precessori: et cussi havemo, per la divina gratia, fin qui vixo. Per la qual causa, Io *sum* determinato di mantener et guardar tutto quello che li nostri precessori guardarono et noi havemo guardato fin hora, et specialmente quello che fu ordinato per li ditti nostri precessori, cussi nel concilio Constantiense, come in tutti li altri concilii; per la qual cosa è certo che uno solo frate era in la opinion sua, la qual è contra tutta la christianità, cussi del tempo passato da più de mille anni in qua, come dal presente, secondo la qual opinion tutta la ditta christianità staria et saria sempre stata in errore. Per il che, Io son deliberato totalmente exponer in questo li mei regni et signori mei amici, mio corpo, mio sangue, mia vita, mia anima, perchè saria grande vergogna a me et a voi altri, che siete de la nobile et generosa nazione de Alemaniam, poichè siamo per singular privilegio et preheminentia instituidi defensori et protectori de la fede catholica, che in nostro tempo non *solum* heresia, nè *etiam* suspeto de eresia, aut diminution de la religion christiana per nostra negligentia restasse da poi noi in li cuori de li homeni, in nostra perpetua ignominia et de li nostri successori. Per la qual cosa, intesa la pertinace risposta che Luthero in presentia de tutti heri dete, declaro che me repente de haver tanto diferito contra el ditto Luthero et sua falsa doctrina. Ho deliberato de non lo sentir parlar più; però intendo che subito, secundo la forma de la mia patente, se ritorn guardando al tenor del suo salvoconduto senza predicar et insegnar al popolo la sua damnosa doctrina, nè procurar de far movimento alcuno; et